

Aduertencias para

tute dictorum priuilegiorum cōfessiones se-
cularium audire sine approbatione Episcopi
prēsentationeq; corā eo facta. Proprius quod
scire oportet, quod per Concilium Tridentī-
num Seis. 23. cap. 15. ablata sunt ista priuile-
gia & omnia, alia quibus poteramus audire
confessiones secularum sine licentia vel ex a-
mine, vel approbatione Episcoporum. Inten-
tio enim Concilij [ut ibi dicitur] fuit ut E-
piscopi scirent per approbationem debitam,
& per examē de scientia, qualitatem illorum
qui suarū ouium confessiones erant audituri.
Et si invenirentur sufficiētes cum benedic-
tione Domini audiant ea au&oritate, & licen-
tia Apostolica, quam habent. Postea tamen
anno. 1566. die. 13. Martij Pius. 5. concessit
nobis omnia priuilegia, vt eis vti possimus
etiam quo ad derogata & restricta per Con-
cilium Tridentinum: sed hoc in foro consci-
entiae rātum, vt diximus, & dicemus etiam ver-
bo, Cōfirmatio priuilegijs. Ord. Mēd. Et sic
vti poterimus supradictis priuilegijs Sixti. 4.
Iulij. 2. & Clementis. 7. & audire confessio-
nes omnium fidelium sine prēsentatione corā
Episcopo: sed hoc in foro conscientię tanū,
quia si redduntur nobis nostra priuilegia &
y sus